uit patrē cū dixit. Si pater si possibile ē transeat a me calix iste.
Ad hec christianus. tu tyranne in hoc ostendit nobis suā veram
humanitatem Nam humanitas loquebat ad deitātē. et huma-
b i.

nitias passa fuit. deitas enim pati non potuit Sed tamen deitas fuit
it cum eo et nunquam dereliquit eum. unde psalmista Cum ipso sum. in
tribulatione eripiam eum et glorificabo eum: et dedit illi nomen quod
est super omne nomen.

C Judeus dicit. Omne illud quod vivit melius potest vince
re quam illud quod mortuum est. quomodo ergo iesus mortuus vicit mortem?
solum enim vivorum est vincere Ad hec christianus. salvator noster
iesus christus fecit simili modo sicut fecit pellicanus qui aperit rostrum suo
cor suum ut pullos suos reficiat. et propter dilectionem pullos suos
rum moritur. Ecce tu tyranne aus ista testimonium dat christo.
Tu autem perverte si posses omne testimonium omnium creaturarum
interrumpere. Nunquid legisti Esaiam dicentem. O mors ero mors
tua morsus tuus ero inferne. Et sic liquet manifeste quod per mortem
christi data est nobis vita sempiterna. Nam dominus deus ex
stens fortis leo de tribu iuda vicit mortem nostram moriendo. et ter
cia die a morte resurgendo

C Judeus dicit. Si iesus fuit homo quomodo mortem superare po
tuit Ad hec christianus. in quinto libro moysi scriptum est de
panthera effraim et de leone iuda. Quid per hoc designatur est
nisi gloriosa resurrectio christi. que per hoc prefigurata est. Nam
enim panthera est talis quod post lassitudinem dormit tribus diebus et
tribus noctibus. Sic simili modo salvator fecit. quia dormivit
per triduum et tertia die resurrexit. sicut propheta testatur dicens. Ex
urge domine quare obdormis et quare non repellis in finem. Et
iam panthera habet talem naturam. quod postquam tres dies dormit
suavissimum emittit odorem. ita quod propter talem odorem suum omnia
animalia illic concurrunt. ut capiant aliquid de dulcedine oris sui. Sic
dominus deus postquam resurrexit suavissimum odorem de se emisit. ita quod
ex tali odore totus mundus confortatus est. Sicut attestatur psal
mista dicens. Dulcis et rectus dominus

C Judeus dicit. Omnia que propheta dixit et omnia que
phetizata sunt. de adventu messie dicta sunt. Sed messias
ad huc non venit. et si venisset etiam nos congregasset in civitates
hierusalem. ut scriptum est. edificans hierusalem dominus dispersiones

israel congregabit. Ad hec christianus: quicquid obijcis de messya hoc dictum est de xpo quia xps est verus messyas:

¶ Judeus dicit. ymmo messyas mittet in mundum ut congreget in hierusalem. et hoc non fecit xps. et ergo messyas non est xpus nec adhuc venit. Ad hec christianus. ymmo idem sunt messyas et xpus. quibus facta eius non cognoscitis. Jam enim dixistis Edificans hierusalem dominus. Si vis perfecte considerare hec omnia facta et acta. tunc propheta de terrestri hierusalem non est locus. quia illa ciuitas hierusalem plena existens populo desolata est. sicut scriptum est per prophetam dicentem. Fiat habitatio eorum deserta. nam super illam hierusalem propheta Hieremias lamentabatur propter iniquitatem in ea existentem. Sed sine dubio propheta est locus desuperius ciuitate hierusalem: de qua dicit Hieremias Super muros tuos hierusalem constitui custodes. Ibi dominus iesus xps congregabit omnem dispersionem israel.

¶ Judeus dicit. quod multum dicis messyam esse natum non tamen credo. quia si messyas aduenisset tunc signa messye facta fuissent: de quibus dicit Esayas Cum messyas venerit tunc erit adeo bona pars quod leo ludet cum puero. et lupus conuersabitur cum agno et gladij vertentur in vomeres. et lancee in falces. Sed tanta pars nondum in terris venit. ergo etc. Ad hec christianus Si intelligis mystice illud quod loqueris tunc omnia patent tibi iam esse facta nam secundum dictum apostoli littera occidit. spiritus autem viuificat. Quod si tu credis christum vel messyam venisse hec signa facta fuisse probo. quia sicut iam dixi. littera occidit spiritus autem viuificat ergo illud quod dixisti alium habet intellectum. Nam per leonem intelligitur verus messyas qui iocundatur cum puero: id est cum humili homine et non cum superbo. quia humiles semper diligunt deum et reuerentur. Et lupus conuersatur cum agno. Attendende hoc dictum propheticum. Nonne tu tyranne verus agnus dei scilicet christus ihesus verus dei filius qui tanquam agnus innocens occisus fuit cum horribilissimis lupis. id est cum vobis iudeis conuersatus est. Nam ut patribus tuis visum est tunc lupi scilicet iudei cum agno conuersati sunt. ita quod de hoc dyabolus

ammirabat. et nunquam potuit noscere christum esse filium dei. nisi
quando stetit ante presidem in summa mansuetudine. Lupi enim
christum leserunt a planta pedis usque ad verticem capitis. et ille verus
agnus coram illis hoc pati voluit

C Judeus dicit. Hos legimus quod cum messias venerit quod tunc
veniet cum cornu et suscitabit mortuos ad iudicium. et tunc ve-
bis Ad hec christianus. Tecum sit ve in eternum. nos noscimus
messiam venire et venisse. Venit enim in triplici tempore. Primo
simpliciter venit ex matre sine patre. Secundo venit vivificans
nos cum gratia spiritus sancti. et sic omni die in corda hominum ve-
re confitentium. Tercio venit iudicare seculum per ignem. In pri-
mo adventu suo nos viam veritatis docuit. et nos ab eterna morte
redemit. In secundo adventu corda omnium viventium et credentium
illuminat. In tercio adventu veniet iudicare bonos ad eternam
vitam: malos autem ad eternam damnationem. Sed quod verus mes-
syas venit et non adhuc veniet hoc ostendam tibi per multos pro-
phetas. Daniel enim dicit. Non cessabit unctio iudeorum donec
venerit sanctus sanctorum. nunquid unctio vestra diu cessavit? Ad-
verte iacob prophetam et patriarcham dicentem. Non auferet sce-
ptrum de iuda nec dux de femore eius donec veniet qui mittendus
est. nunc capti estis in universo mundo. et sceptrum regale a vobis
ablatum est. nam vos ipsi maledictionem super vos dedistis. quia
cum Pylatus dixerit ad vos Regem vestrum crucifigam. vos dixistis
Regem non habemus nisi cesarem. Et sic immo manifeste patet quod ille
sanctus sanctorum venit et nos omnes vivificavit. Ipse enim quotidie
erat apud vos docens in templo: vos autem eum non tenuistis. Et sic ma-
nifeste patet per prophetas quod sanctus sanctorum actu venit

C Judeus dicit. quare adoratis imagines quod est contra preceptum dei
Ad hec christianus. quis putas tam stultus sit qui adoret by-
magines vel ligna vel lapides vel aliquam picturam. sed bymagines
tamen informant nos sanctos invocare. et sunt exempla ut illi qui scrip-
tas legere non possunt in bymaginibus legant

C Judeus dicit. Et quare tunc habetis bymagines et facies
sculptilia. cum tamen scriptum est. Non facietis deos aureos.

Ad hec christianus. hoc vos facitis et usurarii qui habent aurum
et argentum in quo confidunt omnes auari. nam scriptum est. Simu-
lachra gentium argentum et aurum.

¶ Judeus dicit. Nescio quid vos odoratis. immo dominus de-
us plus nos diligit quam vos. nam exhibitio operis est probatio dile-
ctionis. immo dominus deus tradidit nos siccis pedibus per mare ru-
brum in firma securitate. paupers nos in deserto quadraginta annis. in-
imicos nostros perfregit. et patres nostri comederunt manna. scilicet pa-
nem angelorum. Ad hec christianus. et quomodo deus vobis modo est
inimicus. quare nunc non comeditis manna

¶ Judeus dicit. Deus non est inimicus noster. sed ipse corri-
git nos. sicut pueri corriguntur virga. Ad hec christianus. bene scio
quod scriptum est in euangelio. Amen dico vobis non preteribit ge-
neratio hec donec omnia fiant. Et propterea deus sustinuit vos
hic in istis terris. immo alioquin non estis digni quod terram cal-
catis. nam in secundo libro Moysi dicitur. Pactum meum irri-
tum fecerunt. et ideo iudei sunt inimici dei. et tu perfide dicis de
manna et de magno bono quod vobis dominus deus contulit. Vere
cuiusdamini in eternum quod tantam dignitatem propter vestram increduli-
tatem perdidistis. sicut scriptum est. Quia non crediderunt in mirabi-
libus eius. et ergo moramini in terra aliena inter inimicos. Et quod
deus est vobis inimicus hoc dicit propheta Baruch. Quid est isra-
hel quod in terra inimicorum est. et reputatus es cum his qui in inferno sunt.
Non est enim quod amici dei ibi non sunt.

¶ Judeus dicit. Nonne legisti. Facta est iudea sanctificatio
eius. ecce si iudea est sanctificatio dei. tunc certe iudeis est maxima
dignitas a deo. Ad hec christianus. quam bene applicat similitudi-
nem suam. qualis est similitudo inter iudeum et iudeam: quondam cum
habuistis gloriam. quia fuistis dicti hebrei et israel. nunc autem
nuncupamini iudei quasi iudices filii dei. quia iudicatis filium
dei ad mortem. Iudea autem dicitur cura domini vel confitens si-
ne agnoscens dominum. et in illa agnitione est sanctificatio dei. honor
sanctis. gaudium et exultatio angelis. et sic immo christianus est
sanctificatio eius. quia nos christiani magis agnoscimus et cog-
noscimus

nouimus filiū dei. Deus enim exaltauit xpianos super omnes nationes. unde ppheta. Parauit lucernā christo meo Lucerna enim ē filius dei. cuius deitas latebat in corpore humano Quia dñs saluū fecit christū suum. Nos autē iudei heretici et pagani estis in summa confusione et maledictione. quia in xpm non creditis. unde ppheta Induant confusione qui loquuntur maligna super me. Etia prophetizauit Moyses de vobis in quinto suo libro. dicens Adhuc me uiuente et ingrediente vobiscū pentiones egistis ptra dñm. qnto magis dummodo mortuus fuero Nunquid facitis opera patrum vestrorum

¶ Iudeus dicit. et quare omnis nobilitas a nobis creata ē. quia nos sumus illi a quibus nobilitas personarum pcessit. scz reges et principes Ad hec xpianus. quecunq nobilitas in vobis erat in nos cessit. ymmo miserrimus christianus ē magis nobilis summo et dignissimo iudeo. qz adeo nobiles sumus q nō estis digni nos tangere. nā dicit ppheta. Nolite tāgere christos meos et in pphetis meis nolite malignari

¶ Iudeus dicit. Si vos intelligeretis talmud tunc sciretis qnta nobis deus pmissit p tribulationibus nostris Ad hec xpianus. Viros q iudei ita stulti sunt q illum librum aduertunt in quo tanta firmola scripta sunt contra deū. ymmo habetis in te tu illi libri quedā heretica scripta. et ammiror de vobis q adeo ceci estis q istis impossibilib fidem adhibetis. et illis q veritati consonant fidem adhibere non vultis

¶ Iudeus dicit. Unde habetis legem vestrā p quā putatis saluari. Neq enim lex ē vobis data a Moysē. neq a deo vobis ē commissa. sed per vestrum iesum qui fuit homo sicut et ego. Sed si cur lex per Moysen electū dei pmissa ē ita seruamus eaz. et ideo proculdubio saluari speramus. vos aut per legem vestram peribitis. quia ita non seruatis sicut deus instituit Ad hec xpianus si seruatis legem vrām perfecte sicut dicitis. tūc omnia dona salutaria pceptis. quod falsum ē. Nam dicit ysaias Si mandata mea seruabitis statuā principes vros vt prius. et bona terre comedetis. que omnia a vobis sunt ablata. Nos enim in captiuitate vobis

fuisse nec aliquem principem habuistis qui vos defenderet. Nam propter vram maliciam in vobis existentem vobis inhibuitur ē comedere multa genera animalium. scilicet lepores anguillas et filia quę plura bona animalia. quibus nos christiani vescimur.

¶ Judeus dicit. Quandoquēque hec patimur a vobis per contumeliam de hoc mercedē a messya habebim⁹. nam ipse dabit nobis ad vescendū aucam valde pinguem: similiter et bouē magnū et piscē qui dicitur leuiathan. Ad hec christian⁹. O tu stulte et moderate sapientie vos ponitis vram felicitatē in aucam vnam quę avariciam significat et animal aquaticum ē. nam per aucam intelliguntur homines aquatici et auari. qui magis diligunt esse in crapulis quā in seruitio dei. Similiter dico de boue. quia per bouem intelliguntur omnes illi carnosī qui magis figunt corda sua in terrenis desideriis quā in supremis. Comedens autē de pisce illo qui dicitur leuiathan nō comedit cū alio nisi cū dyabolo. Et si mihi nō credis require ab omnibus sapientibus mundi. et scies quod per leuiathā nō intelligit aliud nisi dyabol⁹. et illo ymmo estis deteriores et viri digni cū eo comedere. quō tunc digni deberetis esse vesci illius animalibus nobilibus quibus nos vescimur.

¶ Jude⁹ dicit. Nos vescimur omnibus animalibus preter illa que non ruminant. quia illa sunt immunda. Ad hec christian⁹. O stulte quō audes contra saluatorem tuū ita loqui: quia dicit illa animalia esse immunda. Nonne legisti in primo libro Moysi. Et vidit de⁹ cuncta que fecerat quod essent valde bona. ergo nō sunt mala.

¶ Ille⁹ dicit. estis etiam sub lege vel ne Christian⁹ respondet ymmo sum⁹ sub lege domini dei. ¶ Jude⁹ dicit. et quare tunc legē non seruatis. ymmo sabbatum vrm nō celebratis. nō enim attenditis preceptū dñi quo vobis precepit. Memento hō ut dies sabbati sanctifices. Ad hec christian⁹. imo in hoc verū dicitis: scilicet dies dñic⁹ pre omnibus est colend⁹ quia ē principium omnium dierum: in ea enim dñs dixit fiat lux et facta est.

¶ Jude⁹ dicit. Quare tunc seruatis sabbatum cum scitis esse seruandū. quia domin⁹ deus requieuit die septimo ab omni opere re quod pararat. Ad hec christian⁹. De hō quicquid habet fidē ut

in extremo iudicio p omibus factis suis dabit rōem. Silr. 7 de
illis. 7 in hoc tu nō habes nos redarguere

¶ Judeus dicit. Nescio que sit fides xpiana. ymmo videtur
mibi q dñs deus nō deberet vos sustinere in terris. q in oppro
briū domini dei comeditis panē quem dominū deū dicitis esse
et videt ymmo mibi si fuisset tam magnus sicut maximus mons
diu esset consumptus a vobis Ad hec christianus O tu cece
q̄s friuole loq̄ris contra nobilissimū sacramentū. ymmo deus ē
maior toto mundo. quia sua magnitudo pertransit thronū 7 pe
netrat abyssum. Hā dicit psalmista Magnitudinis ei⁹ non ē si
nis Nec credere debes q̄ deus comedat. quia deus non potest
comedi. Sed ē comestio spiritualis que dat vitam eternā. 7 ne
scis tu infidelis q̄ p morsu ymus hominis totū humanū gen⁹
perijt. ergo dñs deus dedit seipm nobis miseris in esum. 7 q̄cun
q̄s indigne sumunt vitā eternā non habebunt Et non debes cre
dere q̄ ex hoc dñs deus diminuat. sed a quolibet nostrum to
tus accipit 7 integerverus deus 7 bō sicut in die parascues pro
nobis pependit in cruce

¶ Judeus dicit. Nō videt quomodo credā hoc Ad hoc
xpianus. Nonne credis q̄ creator nature plus p̄t q̄ natura Ju
deus respōdit. ymmo credo Christianus dicit. nonne tu hoc
vides in natura q̄ infinite candeles p̄nt incendi ab vna candela in
censa. non tamen lumen candeles diminuit Nonne etiā possibile
ē q̄ vox mea audiat a mille. ymmo ab infinitis. attamen est vna
vox ab ore meo prolata. 7 cuiq̄ plena vox representata. et si hoc
natura potest per quoddā artificii. nonne tunc magis possibi
le est q̄ creator nature tribuat seipsum tanto mundo. 7 q̄ tamen
non consumatur

¶ Judeus dicit. Certe tali modo videt mibi aliqd veritatē
sed ibi mibi adhuc vnū est dubiū grande circa hoc quod dicitis
in minima particula hostie adeo bene esse verum corpus xpī
et in tota hostia. 7 dicitis cum hoc q̄ illa pua hostia sit corpus
christi adeo magnū 7 extensum sicut pependit in crucis patibulo
¶ Ad hec xpianus. esto fidelis 7 non infidelis. 7 sic viam na

turali rōe tibi ostendā. Patet tibi etiā ad oculū q̄ speculū est q̄d
dā artificiale. ⁊ de materia valde exili factū

¶ Judeus dicit. ccedo. Cui xpianus. tūc em̄ apparz tibi in
speculo paruo aliqñ parua domus ⁊ q̄plura alia que sunt in infi
nitū maiora q̄ illud speculum

¶ Judeus dicit. ccedo totū. Cui christianus. nonne tunc
etiam speculū est nullius reputatōis in ordine ad dñm deum: ⁊
hoc scipz Cur tunc dñs deus om̄ipotens nō maiora possz. Nō
ne etiam apparet tibi ad experientiā q̄ speculū in multas partes
pfractum quelibet ps habet in se repñtationez vere bymaginis
Nam in qualibet parte quantūcūq̄ minima integra facies hu
mana apparet Et si hoc est in speculo multo magis in hostia cō
secrata. ⁊ in q̄libet eius pte totū corpus xpi relucet sine om̄i con
fractione Ipse em̄ iesus xps seipsum nobis tribuit. ille verus ag
nus dei illā figuram veteris testamenti rescindens. quia vobis
mandatū erat comedere agnū pascalem ad memoriaz transitus
filiorū israel per mare rubrum

¶ Judeus dicit. Et cū ita magnus fuerat ille iesus vt vos
asseritis cur tūc ita turpissime mortuus est. ⁊ q̄d illum coegit ad
illam turpissimā mortem Ad hec christianus. illa inestimabi
lis charitas ⁊ dilectio quā habuit ad gen⁹ humanū eū ad ppa
tiendū ppulit vt sua morte nos om̄es viuificaret

¶ Judeus dicit. Vere nō possūz sensu capere q̄ dicitis. ⁊ eti
az abhorreo audire Ad hec xpianus. audi iudee tu sensualis
azine. fides dat et superare om̄es sensus humanos. nā q̄le meri
tū habere si om̄ia relucere ad sensū. quia Aug⁹. vnus doctor
nostroz dicit. Fides nō habet meritūz vbi ratio naturalis p̄bet
experimentū. Sed ratione naturali iā vici te. q̄ natura multa
p̄formia agit. q̄ nos ducūt in rectitudinē fidei. Sed mihi videt
q̄ sitis tante malicie q̄ abscondita dei nō possunt vobis reuelari
cū Salomō dī In malivolā aīaz nō introibit sapiētia. ⁊ murus
esset q̄ aliquod bonū vobis reuelaret. ⁊ aliq̄ bona essent vobis
cognita. ⁊ proximū vestrū odio habeatis. Et ymimo nō solum
proximū. sed etiā saluatore totius generis humani maledicis

eius quoque matrē piā. Hos legimus de blasphemia vestra in quā
to. quod verba polluta et nequiosa reputatis esse peccata propter quod illa quae
in contemptum ecclesie pergere noscuntur. Et legimus in eodem. quod omnis
blasphemia sit vobis interdicta propter quod blasphemia ecclesie et ope
rum catholicorum. Nam ab omnibus iudeis habetur in usu quod beate Christi
nisi maledicunt. et eucharistiam sacrificium pollutum vocant. et ubi nomen
Christi vel marie audiunt pessima blasphemia blasphemant. Item les
gitur in tercio. quod statutum est ab omnibus sapientibus iudeorum quod ter
singulis diebus in oratione sistunt. quam efficaciorē alijs orationibus asse
runt. et in illa oratione omnibus ministris ecclesie maledicunt et omnes
laborantes per fidei catholica blasphemant tam reges quam cæsares. et
est ipsis institutum quod debent eam dicere stando prostratis pedibus. ita
quod nullum contrarium debeat eos reuocare a tali oratione. Et si serpens
in culum eorum morderet non deberet hanc orationem interrumpere. Et
habent tale modum quod pontifex eorum debet eam dicere alta voce. et om
nes alij iudei sub silentio. Et cum pontifex eam finierit omnes alij de
bent respondere amen. Et hec sunt verba istius orationis. Congregatis
Christianis non sit eis spes. et omnes repente disipantur. et in numerum par
uum redigantur. cadant in interitum et amplius non resurgant et in omni con
fusione tradantur. Sunt maledicti in omnibus opibus suis. omnes inimi
ci eorum pervaleant aduersus eos. ut regnum nequie Christianorum eradica
centur. Sit maledictus Christus. sit maledicta pessima mater eius maria. sint profusa omnia sacrificia eius. O domine deus noster fac et prople quod
petimus in diebus nostris velociter. quia tu es deus noster. Hec oratio scri
pta est in cæsar cessasim. ut hebraice dicitur.

¶ Iudeus dicit. Vos multum dicatis de Christo vestro. videtur enim
mihi quod erat nequam et peccator magnus. et quod eum patres nostri propter
peccata sua occiderunt et cruci affixerunt. quia in signum sue nequie cum ne
quam magnus reputatus est. quia in medio duorum latronum eum suspen
derunt. Ad hec Christianus. O tu blasphemator saluatoris tui
quod inque loquaris. quomodo hec loquor presumis. oportet me respondere ad ultimum.
Primo. nunquid legisti prophetam dauid qui in persona Christi hoc
describit dicens. Estimatus sum cum descenderibus in lacum factus
sum sine adiutorio inter mortuos liber. Nunquid etiam legisti de eo

dem ppheta qui dicit. O dñs habuerūt me gratis. Nunqd etiā
alibi legisti Esaiam q̄ dicit. Vere languores nostros ipse tulit ⁊
dolores nr̄os ipse portauit. ⁊ nos reputauimus ipm̄ q̄si leprosum
et q̄si p̄cūsum a deo ⁊ humiliatū. Ipse aut̄ vulneratus est p̄pter
iniquitates nostras vt nos a morte eterna liberaret Sicut etiam
testat̄ ppheta dicens. In liuore eius sanati sumus

¶ Judeus dicit. Et cū captus fuerit a p̄ribus nr̄is cur non
aufugit ex manibus eorū Ad hec xp̄ianus. q̄z obediens volu-
it esse patri suo vsq̄ ad mortē. mortē aut̄ crucis. Et voluntarie
voluit offerri sicut ppheta testat̄. Oblatus est q̄z ipse voluit. ⁊ nō
aperuit os suū. ⁊ sic verus deus est hō ex sua volūtate ⁊ ad crucē
patibulū suspēsus. Sed q̄ erat de⁹ ⁊ hō testat̄ p̄pheta dicēs
Generatōem eius q̄s enarrabit. Non est si fuisset purus homo
ppheta sic nō dixisset q̄s enarrabit: q̄si diceret nullus. ymmo ge-
neratio puri hōis bñ potest enarrari. Attende filii dictū Sybil-
le dicētis. Felix ille deus q̄ ligno pendet ab alto Sz q̄ debebat
mori p̄ peccatoribus ⁊ nō p̄pter scelus p̄p̄iū testat̄ vox patris p̄
pphetā sic dicēs Propter scelus p̄p̄i mei p̄cūsi eū. ⁊ paulo post
Dispergā plurimos ⁊ fortū diuidet spolia (plurimos) id est om-
nes xp̄ianos q̄ in eū credunt ⁊ fortū. i. demonū diuidet spolia
q̄z demones sunt spoliati p̄ mortē eius. cepit em̄ aīas ⁊ liberauit
eas. ⁊ diuidebat eas in choros āgelorū Etiā dicit Oīas. de ma-
nu mortis liberabo eū. Item Zacharias sic inq̄t. Ecce rex tu-
us venit tibi mansuetus ⁊ saluator ipse paup̄ ⁊ ascendēs sup̄ azi-
nam. Sed q̄ ipse paup̄ erat hoc defleuit ppheta dicēs Vulpes
foueas habent ⁊ volucres celi nidos. filius aut̄ hominis nō habet
vbi caput suū reclinet. Et hec om̄ia rex regum propter pecca-
ta nostra passus est.

¶ Judeus responderet vltimo. Conuertat nos om̄es deus ⁊
p̄ducāt nos p̄ viā iusticie vt veritatem valeam⁹ p̄cipere ab eo q̄
est benedictus in secula seculorū A D E R

& sententia timore ne putet sibi uoluisse illud
 super me maledictione pbenedictione. Adqu
 sit aut ista maledictio fili mi. Tanti audi u
 ge affert que dixi. Abui & amulit deding
 ueritatem obsecro dñe in tua & fuerit
 tua iustitia & amonitio scio tuo. **A** ego pri
 nobis. **A** dum me misit mecum est & non reliquit me
 tati sunt estisio semp. **O R.** **P**ra qd om
 na tua que se affligendo carne abalumi
 tando iusticia acupia ieiunet. **F. A. T.**
 pucationibz in iis omps ds & quibz fidu
 pietatis indulget. consuete miserie trib
 arant illa cibos sicut nouerat. **F. A. T.**
 uelle parte illius. & uultu esau ualde
 apud se habebat dorm induit eu pellice
 circumdedit manibz & colli munda puerit
 tu & paret quos coxerat tradidit dubi
 P at mi. At ille respondit Quis es tu filium
 iacob. Ego su esau primogenit tuus. fecit
 michi. Surge sede & comede de uenatione
 medicat in anima tua. Rursu ysaac adfi
 ingit ta cito inuenire potuisti filium. **A**
 uoluntati di fuit. ut cito inoccideret qd
 ysaac. Accede huc ut tangat te filium. &
 sit fili mi esau am. decessit ille ad pa
 to eo dixit ysaac. Vox qd ex uox iacob e
 fut esau. **E**t n cognouit eu qd p
 uitudine maioris expressebant. Bened
 art. Tunc fili mi. **A** respondit. Ego
 a heri inq in cibos de uenatione tua
 medicat tibi anima mea. **A** non eu obli

111 2

11. 3



2. 11. 11.
 11. 11. 11.
 11. 11. 11.

O ihesu fili

dnm ⁊ ad dnu meū stamau. ⁊ ex
 audiuit de templo sro suo vocem
 meam ⁊ clamor meus in conspectu
 eius intēdit intueret eū. ⁊ in
 nota ⁊ ⁊ contemnit exalta frōda
 menda mentu. contumacia sunt
 ⁊ commota sūt qm̄ natus est eis
 facit sūmū inter eū ⁊ ignis
 aspac eis exarsit carbonē ut
 cess sūt ab eo. infirmat celū ⁊
 extendit ⁊ caligo sub pedibz eū ⁊
 aperdit sup̄ ethiopiā ⁊ uolauit
 uolauit sup̄ pennas ventorum
 ⁊ posuit se robora caelū suū
 inactū tūber natiū eis ⁊ ne
 briga aqua in nubibz accit
 fulgore manifestatū eū in nub
 transierit stans ⁊ radens
 ignis ⁊ natus de celo ⁊ in

*Dm p^re s'mo f' iudic'o f' d' p'mea
Ano l' g'l Ego al b'o r' p'
~~Ere t' b'o~~*



Pharetra fidei catholice

sine ydonea disputatio inter Christianos et Judcos. in
qua perpulchra tanguntur media et rationes. quibus quic
vis christifidelis tam ex prophetis suis proprijs q̃s ex no
stris eorum erroribus faciliter poterit obviare



Cap. 4737
Köln 940